Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35271
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



Mt. 14 Discedite a me maledicti in
ignem eternum. Quia corvini ideo vix
aut numquam ad archam i. ad statum ec-
clesie primam revertuntur. Gen. 8.
Aperiens noe fenestram emisit cor-
vum qui egrediebatur et non revertebatur.
Tales enim sua conversione prestiti-
ma differunt. Aug. Remanet
foris cum voce corvina qui nolue-
runt habere gemitum columbinum.
Soph. 2. Vox cantantis in fenestra
et corvinus in superliminari. Quia
porcini ideo imbarazatur in fimi de-
mergunt. Mt. 8. Impetu abiit totus
grex porcorum precipitatus in mare et
mortui sunt in aquis. Ista tria loca
in quibus diaboli mansionem facit ponuntur.
Job 40. Sub umbra dormit in-
secto thalami in locis humidis.
Quiescit enim in hominibus umbrosis
i. in avaris ideo dicitur Sub umbra dor-
miunt divicie tamquam umbre cito
transeunt. Sap. 4. Transierunt omnia
velud umbra. Quiescit in hominibus
superbis et vana gloriosis ideo subditur
Insecto thalami. Superbi enim
exterius videntur esse mundi sed
interius sunt vacui in quibus diaboli quiescit.
Job 40. Ipse est rex super omnes fi-
lios superbie. Quiescit in hominibus
deliciosis ideo subditur in locis humidis
in locis enim aridis i. in stibus viris
ab huius mundi deliciis desiccatis
quiescere non potest. Mt. 12. Ambulat
per loca arida et querit requiem et non
invenit. Sequitur sermo.

Paraclitus spiritus sanctus quem mit-
tet pater in nomine meo ille
docebit vos omnia etc. Magnum
donum nobis deus pater dedit quando fi-
lium suum nobis exhibuit ad nos-
tram redemptionem. Maiorem quam
nobis hodierna die spiritum sanctum
dedit ad nostram finalem adoptionem.
Maximum nobis reservat i. vultum
suum ad nostre beatitudinis consuma-
tionem. Nos igitur festum celebramus
de nostra redemptione hodie festum
agimus de nostra adoptione. Infuturo
autem festum faciemus de beata vi-
sione. Festum igitur quod hodie agimus
de nostra adoptione in verbis istis ex-
primitur cum dicitur paraclitus autem spiritus
sanctus etc. Ubi de isto spiritu quatuor
tanguntur. Primo quod est advocatus
nostri. 2o quod est consolator noster. Ista
duo notantur in hoc verbo paraclitus.
Nam 2m Greg. in greca lingua paracli-
tus latina advocatus vel consolator
dicitur. 3o quod est sanctificator noster cum dicitur
Spiritus sanctus. 4o quod est instructor et
informator noster cum dicitur Ille doce-
bit vos omnia. Circa primum notandum
quod sicut dicit Greg. Spiritus sanctus ideo advo-
catus dicitur quia per errorem delinquentium
apud iusticiam patris intervenit
dum eos quos repleverit exora-
tos facit. Spiritus igitur sanctus in eo quod a-
postolos replevit exoratos etiam
nostros advocatos esse fecit. Ille
autem est bonus advocatus qui iudici-
stit luculenter persuadere et cli-
entulo sapienter consulere et adversarium
potenter confutare et ideo in bono
advocato tria requiruntur scilicet Elo-
quencia sapientia et constancia.
Ista tria apostoli a spiritu sancto sufficien-
ter receperunt. Luc. 21. Ego dabo
vobis os et sapientiam cui non po-
terunt resistere et contradicere omnes ad-
versarii vestri. Pulchra promissio
Eloquencia et sapientia. Sapientia enim
sine eloquencia cum sapientia et con-
stancia. Sapientia enim sine eloquencia